

C R I M I N A L I S.
A R T I C U L U S X L I V .

63

Magia indicia.

1. Primum indicium est, si quis scilicet scientiam artis Magicæ habere videatur, & offerat se simul ad docendum alios incantationes. Secundum est, si venefica alteri minata fuerit incantare & fascinare, minæq; conjunctæ sunt cum effectu, *Dn. Herm. Goëhaus. d. tract. tit. 2. in conclus. p. 103. 106.* Tertium indicium ad torturam, si quis, vel quæ cum Magis & veneficis certis & convictis conversetur, amicitiamq; & familiaritatē coluerit. Similis enim simili gaudet, *Bernb. Zieritz. hic, verb. conversetur*, formicæ grata est formica, cicada cicadæ, accipiter accipitri; graculus graculo assidet, & talis ferè quisq; est, quales sunt, quibus cum conversatur. Quale subjectum, tale adjunctum, *Cunrad. Dieter. in Analys. Evang. Domin. 3. post Trinit. part. 1. p. 107.* Imò, secundum *Agapetum*, consuetudo cum malis nequitia est pabulum, *Dieter. d. Domin. 3. p. (mibi) 116. doctr. & observ. 6.* Vide *Goëhaus. d. tit. 2. p. 116. 117. & Nicol. Reusner. class. 3. Symb. Imper. 24. p. 200.* Quartum indicium, si quis, quæve res de veneficio suspectas secum habeat; puta si penes sagam, vel in illius conclavi reperiantur venena mala, olla impleta bufonibus, hostiis, membris humanis, imaginibus cereis, quæ acubus sunt transfixæ, &c. *Matth. Berlich. par. 4. concl. pract. 4. num. 147. Steph. hic, & ibidem Zieritz. verb. suspectis rebus.* Quintum indicium est, si quis, quæve laboret suspitione, & fama. De his requisitis confer *Zang. d. c. 2. num. 193. cum seqq. usq; ad nu. 206. Thom. Metzger. de tort. reor. concl. 127. cum multis seqq. Zieritz. hic, verb. gestibus, & minetur paulò post Dn. Herm. Goëhausen. amicum meum colendum, in decisionibus ad magia & veneficii materiam pertinentium questionum, q. 11. & in process. jurid. adversus sagas, in notis tit. 11. O. ubi taxat Jctos præter indicia in Carolinâ Constitutione expressa in crimine Magicæ alia non admittentes, Goblerum hic, in auctario, p. 49. An sagæ durius possint torqueri? Vide *Herm. Goëhaus. in notis & additionibus. ad tit. 3. B. K. Consule quoq; Henrici Boce-ri Consilium juris postpositum, tract. de torturis.**

A R T I C U L U S X L V .

De questionibus.

1. In hoc articulo agitur de die torturæ ad petitionem accusatoris discernenda, si præsumptiones, & suspensiones eo, quo dictum est, modo accusatum gravant, legitimeq; sunt probatæ, *Bernb. Zieritz. Matth. Steph. hic, vide me in hoc Commentariolo Criminali, ad art. 6. concl. 2. cum seqq. & ad art. 8. concl. 1.*

A R T I C U L U S X L V I .

Interpellatio de cruciatu evitando.

1. Vide *I. custodias, ff. de publ. iud.* scilicet omnia prius experiri, quam armis sapientem decet, *Zieritz. & Steph. hic.* Quod si reus nihilominus diffiteatur, ad torturæ interminationem deveniri, & confessio annotari, Sin verò neget, quibus rationibus & fundamentis id faciat, æquè in tabulas redigi debet.

2. Quid